immittatur ex ſalmuri vel ſale aliqd q̄ ſi fiant in na
ribus vel ore inunganē vnguēto facto ex oleo viola
to dragāto ⁊ cera alba. Mucillago aūt granoꝝ cito/
nioꝝ ⁊ mucillago pſilij ꝯferūt his que fiunt in ore.

¶ Caplm.3. De remotione ſignorum que poſt va/
riolas remanent.

REmanent cicatrices ex vulneribus vel vlceri
bus variolaꝝ qn̄q; ſicut ex alijs vlceribus vel
ſolutionibus cōtinuitatis q̄ cutim maculis nigris
fetidis deturpāt. Et ego quidē dico q̄ colorē ipſaꝝ
remouēt vlr illa q̄ dicent infra ca. de decoratione ci
catricū vulneꝝ vel vlceꝝ ⁊ ꝓprie qn̄ nō ſunt ꝯcaua
⁊ etiā valebūt multū q̄ dicent in trac. de decoratiōe.
Sed ego quodā medicamine vſus ſuz cōpoſito qd̄
eſt. ℞. litargirij abluti radicū cāne ſicce: farine cice
ris: oſſa vetuſta: farine riçi toſti. an̄. terātur ⁊ aggre/
gent ⁊ liniat ex eis facies in nocte cum aliquo ex li/
quoribus q̄ infra dicent: ⁊ in mane cū aq̄ calla lauet:
aut in balneo ſi eſt poſſe. ¶ Cōcauitates aūt que in
cute remanent poſt variolas ſanat cū predictis re/
gimen impinguatiuū: ⁊ nos de hoc ſi deus voluerit
in trac. de decoratione ꝓpriū faciemus caplm.

¶ Sermo Tertius vlis totius operis. De ſoluta
cōtinuitate ⁊ apatibus ꝯtinet tractatus quinq;.

¶ Tractatus primus tertij ſermonis. De ſoluta cō
tinuitate: continet capla duo.

¶ Caplm primum ꝓhemiale.

IAm ſm Gal. due ſunt intentiones ſana/
tiue artis: vna repletio euacuatoꝝ:
⁊ alia euo repletoꝝ. Et qꝛ ſolō ꝯtinuitatis eſt
morbus ſimplex de ſe: omne autē apoſtema eſt mor/
bus compoſitus ⁊ ſimplex exiſtit ante compoſituz:

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-148610-p0206-4

ideo primo de ſoluta continuitate dicemus deinde de apoſtematibus erit ſermo.

¶ Capitulum.2. De vulneribus capitis ⁊ eleuatione cutis a carne.

SUpra memini me pmiſiſſe facere capl'm ꝓpriũ de ſoluta ↄtinuitate oſſis capitis in hoc ſermone ꝙ pſentialiter facio. ¶ Et dico ꝙ antiqui ad cõglutinãdũ vulnera capitis cito: dixerũt ꝙ betonica pulueriçata ſuperponat̃ ſcðo dixerunt hunc ſermonem qñ fractura eſt in oſſe capitis ſi betonica ↄtuſa ſuperponat̃ loco ⁊ ſepe empl'm ex ea renouet̃ mira celeritate ↄglutinat ⁊ tãta eſt ei virtus vt oſſa fracta extrahat. ¶ Uulnera aũt capitis radix gladioli optime ſanat. ¶ Concordati aũt ſunt oẽs in hoc vnguento. ℞.ſucci folioꝝ lolij parté.j.aceti partes.ij. ↄficiant̃ cũ melle ⁊ dixerũt hoc eſt approbatũ medicamen vbi nimis deſiccare opꝫ in magnis plagis ⁊ maxime capitis ⁊ muſculoꝝ ⁊ q̃cunqꝫ ſunt infuſa per magnũ tẽpus: ⁊ ad cicatricẽ venientia. Et dixit Gal. de eo ꝙ etiã ſi plage ſint vſqꝫ ad occaſionem eſt approbatũ medicamen. ¶ Et dixerũt etiã ꝙ loliuꝫ eſt optimũ medicamen. ¶ Et dixerunt de myrrha ꝙ appropietate ↄglutinat fragmẽta oſſiũ capitis: ⁊ ꝓ hijs q̃rat̃ infra etiã in.c. de reſtrictiõe fluxus ſan. in vulnere. ¶ Qđ ſi os ſit ↄtuſuꝫ ⁊ fractura nõ appareat fiat empl'm cũ ebulis ſolis aut cũ eiſdẽ mixtis cũ melle. ¶ Empl'm nr̃m in cõtuſione capitis. ℞.roſ.meliloti: mirtiloꝝ: betonice: calami aromatici: camomille: boliar. aluminis: iameni añ. ↄficiantur cum optimo vino addito modico aceto ⁊ melle prius tñ locus cũ oleo mirtino inũgat̃. Ego aũt ſcribo empl'm mirabile in cõtuſione oſſis capitis ⁊ fractura q̃cũqꝫ ipſius expertiſſimũ cuius vtilitates dicaꝫ poſt: ⁊ debet poni ſuper caput inter duas petias ⁊ applicari toti capiti. ita tñ vbi videt̃ maior ↄtuſio

Betonica.

Radix gladioli.

Unguentum.

Lolium.

Myrrha.

Empl'm nr̃z.

ibi cum nauacula fiat ꝓfunda inciſio vt qđ per em/
plaſtrũ extrahit locum reſpirationis inueniat ⁊ eſt.
℞.granoꝝ q̃ inuenimus infructu palme q̃ dr̄ auri
culi.i.laurus baurach rubei ſalis ar.ariſtolo. cretice
.i.rotũde:radicũ cucumeris aſinini gumi albotim.
i.terbẽtine.añ.aur̄.xx.piperis macropiperis:armo/
niaci:amomi:xilobalſami.añ.aur̄.x.thuris maſculi:
mirrhe:reſine ſicce:ariſtolo.lon.oiuꝫ.añ.aur̄.x.lact꞉
arboris mori. añ. aur̄.x.cere aur̄. xxx. adipis capre.
aur̄.iij.fecis olei de lilio q̃ztũ ſufficit ad ꝯficiẽdũ me
dicinã terant ſicce ⁊ cribellent ⁊ fricent vnctis ma
nibus fricatis cũ fece olei de lilio.ita vt ꝙ permix/
ta fuerint oia bñ reponant ⁊ ꝯſeruent.qdaꝫ aũt ad/
dunt in fracturis mirabilibꝰ cranei ⁊ oibus ẽt ope/
rationibus eius galbani oſſis cruris ⁊ brachij hois
mortui.añ.aur̄.x.ſcabioſe aur̄. xiiij. eſt em̄ mirabile
ſuggit em̄ hoc empl'm ex oi loco vbi neceſſariuꝫ eſt
⁊ frãgit qđ neceſſariũ eſt egredi ⁊ extrahit oſſa cor/
rupta:⁊ fruſtulas:⁊ ſpinas : ⁊ tela imiſſa molificati/
uis ꝓmiſſis ⁊ ꝯfert ad tortionẽ mẽbri ſuper mẽbruꝫ
⁊ ſigillatiõeꝫ vulneꝝ.ſeruet ergo iter ꝓcipua.¶ Di
cemus aũt de reſtrictione ſanguis vulneꝝ ex capite
infra vbi de hoc in oi vulnere fiet ſermo. ¶ Si aũt
ꝯtingat ſolã cutim a craneo ſeparari tollat ſuccꝰ fo/
lioꝝ oliue ſilueſtris:⁊ cũ melle tẽperet ⁊ applicet.

De cruris ⁊ brachij hois mortui.

¶ Tractatus ſcđs tertij ſermonis.De omni ſoluta cõtinuitate cõtinet tria capitula.

¶ Capl'm.i.De vulnere ⁊ ſoluta ꝯtinuitate in carne:ſiue ſit intus:ſiue extra.

Circa cõſolidationẽ vulneꝝ ⁊ maxime
carnoſoꝝ mirabilia ſcripſerũt an
tiq. ¶ Et dixerunt ꝙ oia vulnera ꝯſolidat
puluis folioꝝ glãdis ſiccoꝝ tritoꝝ optime ⁊ cribel/

Pul.fol. glãdis.

latoꝝ quãdo ſubtiliſſimus factus ſuperponiť vul/
neri. Et Sera. dixit ſe hoc magnũ vulnus factũ cũ
enſe ſanaſſe. Et ego quidem expertus ſuꝫ in paruis
vulneribus ⁊ ſtatim ſanaui. ¶ Omnia aũt vulnera
q̃ vix cicatriçanť terra ſigillata reſoluta ad cõſolida
tionẽ eſt vltima. ¶ Cinis etiã cartaꝝ ꝺ papiro vul
neribus ſuperpoſitus illa ꝯſolidat. ¶ Ad eadẽ autẽ
folia cẽtinodie. i. corriçole ꝓſunt. ¶ Dicunt aũt ꝙ
ad eadẽ flos taſſi barbaſſi ſuperpoſitus eſt ſingulare
ꝓſidiũ. ¶ Uulneribus aũt malitioſis radix dragon
tee eſt optimũ remediũ. nã mũdificat ea ⁊ purgat ea
fortiter. Preter vulnera aũt magna vbi multũ exic
care opꝫ ⁊ maxime in capitibus muſculoꝝ q̃rať ex
ꝓcedẽti caplõ de vnguẽto facto ex lolio aceto ⁊ mel
le. ¶ Et dixerunt de radice ſpine egiptiace ⁊ eſt ſu
chaa ꝙ ipſa ⁊ ꝓprie ſemẽ ei⁹ ſunt vehemẽtis ꝯſolida
tiõis vulneꝝ. ¶ Et Gal. dixit ꝙ ſiľr edera viridis
cocta cũ vino ⁊ ſupemplãata ꝯſolidat: incarnat: ac ẽt
ꝯſolidat ꝯſolidatione bona: imo ⁊ ẽt vuluã inciſaꝫ.
¶ Lapis etiã frigius in hoc ꝓprietatẽ hꝫ. ¶ Et di
cit Gal. ꝙ etiã caules ꝯſolidant plagas. ¶ Et dixit
Dy. ꝙ vulnera paſcẽtia hũida ſanat ſaluberrime la/
pis frigius ⁊ pꝛ hoc itelligit de ſtercore al's flore ei⁹
mixto cũ vino. Uulnera aũt magne plage ꝯſolidat ⁊
ꝯpari nõ ſinit caro ſola limaciaꝝ trita. Et Gal. dixit
cũ corticib⁹ ſuis ⁊ mixta cũ pulueř molẽdini aut oli
bano aut thure aut myrrha aut glutine añ. cõgluti
nat. n. ꝯglutinatiõe forti ⁊ maxĩe ĩ corpib⁹ duris. Et
di. Gal. ꝙ ſi eſſet vuln⁹ qꝺ ſit ĩ neruis ẽt ſi cũ ꝯtuſio
ne ſit ſanať inde. ¶ Dicunt aũt ꝙ putrida vulnera
ſanat caſeus recens impoſitus qñ ſibi ſupponunť fo
lia lapatij vel vitis vel lactuce vel planta. vel blitis.
Et Gal. dixit in q̃rto ꝙ ĩpoſuit dicto modo in vul/
nere mediocris q̃ꝫtitatis recens ipm prius ⁊ ſuper/
ponens folia dicta ⁊ clauſit vulnus ſimplex quideꝫ.

Terra ſigilla.
Cinis charta
rum.
Centinodia.
Flos taſſi bar
baſſi.
Radix dra//
gontee.
Suchaa.
Edera.
Lapis frigi⁹
Caules.
Caro limacia
rum.
Caſe⁹ recẽs.

Ad vulnera
corroſiua.
Origanum.
Radix cētau
ree.

¶ Corroſiua aūt vulnera flos ⁊ ſemen origani ſilue
ſtris mixta cū melle curāt. ¶ Ad ꝓfunda ēt vulne/
ra corroſiua incarnātia dixerūt ꝙ radix cētauree re
cens īpoſita ⁊ trita cū vnguētis incarnatiuis eſt ma
gni iuuamēti valde: ⁊ hoc Gal. ꝯſenſit. Et ſilr̄ radix
cētauree maioris īpoſita recēs ꝯſolidat q̄ ſi recēs nō
hʒ prius īfundat̄. ¶ Qd̄ aūt incarnat incarnatione

Pix ſicca.
Grana.

forti eſt pix ſicca vulnerib⁹ īpoſita. ¶ Grana ēt cuʒ
qua tigit̄ trita cū aceto ⁊ ſuppoſita ꝯſolidat. ¶ Qd̄
aūt recētia vulnera etiā cū ſanguine ſuo ꝯſolidat eſt

Virga paſto
ris.
Salix.
Cauda equa

virga paſtoris applicata ipſis. ¶ Cōglutinant aūt
ea approprietate q̄ eſt in eis folia ⁊ flores ſalicis ſup/
poſita. ¶ Silr̄ aūt ⁊ eadē folia caude eqne cōgluti/
nant fortiter: ita ꝙ ēt ſm Gal. neruos inciſos ꝯglu/
tināt. ¶ Replet aūt vlnera carne ⁊ valde cōſolidat

Olibanum.
Cāepitheos
Folia pini.
Tella aranea
Radix cicla/
minis.
Es vſtum.

recētia vulnera olibanū īpoſitū. ¶ Et idē facit her
ba camepitheos recens īpoſita. ¶ Et ſilr̄ folia pini
pulueriçata vulnerib⁹. ¶ Vulnera āt extremitatū
tella aranea ꝯſolidat ⁊ apoſtemari nō ſinit. ¶ Vul/
nera aūt anteq̄ʒ antiquent̄ radix ciclaminis ſola ipo
ſita vel cū aceto ⁊ melle ſanat. ¶ Cicatriçat aūt vul
nera ī corporib⁹ duris es vſtū nō lotū ⁊ in hoc eſt ſʒ
Gal. optima medicina. Si vero corpora ſint molia

Aleū agreſte

lotū imponat̄. ¶ Et dixit Gal. ꝙ ſcordeon ⁊ ē aleū
agreſte qn̄ eſt viride ꝯſolidat vulnera magna impo/
ſitū eis. Siccū vero ſcordeon male morigerata vul/
nera ad cicatricē ꝑducit vl̄ ad cicatriçationē. ¶ Et

Rutha.

dixit etiā ꝙ rutha ꝯſolidat vulnera ēt ſi ſint in capi
tibus muſculoꝝ. ¶ Cōſolidāt aūt ſm Gal. magna

Folia cipr̄ſſi

vulnera in corporib⁹ duris folia cip̄ſſi ⁊ gramina ⁊
bace eius iuuenes ⁊ molles etiā poſita. ¶ Eaſdem

Polium.

aūt magnas plagas poliū viride exn̄s īpoſitū ⁊ ma/
xime fruſtruoſa eius ſpēs. ¶ Et dixit recētia vulne

Folia vlmi.

ra cōſolidant folia vlmi ſuppoſita ⁊ cortex etiā eius
exiccatus ⁊ nō innouatus multotiēs. ¶ Iteꝝ dixit

magnas

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-148610-p0210-5

magnas plagas cõſolidat etiã ſi ſint in neruis radix neuras quã qdã polimũ alꝰ polimi nõ ⁊ eſt paritaria vocãt. ¶ Et dixit Meſ. de hireos ſic eſt medicina magna vulneꝝ antiquoꝝ ⁊ putridoꝝ mũdificãs ea ⁊ generans in eis carnẽ laudabilẽ: imo etiã oſſa nuda veſtiens carne ⁊ in hoc oẽs ↄcordãt. ¶ Et dixit etiaꝫ ꝙ ſarcocolla q̃ eſt medicina ſublimis vulneꝝ recẽtiũ ⁊ antiquoꝝ ⁊ putridoꝝ ⁊ mũdificat ea ⁊ generat carnẽ in eis ⁊ cõſolidat ⁊ hec eſt ꝓprie virtus eiꝰ. Et hec ⁊ multa p̃dicta lꝫ dictũ nõ ſit: experti ſumus in vulneribꝰ putridis ↄcauis q̃ etiã multa incarnatione indigẽt empl'm factũ ex farina lentiũ cũ melle: nã ſine mordicaiõe lauat ſaniẽ. ¶ Et etiã ſcimus ꝙ ſi tollant folia cuſſuꝫ ⁊ eſt volubilis maior ⁊ coquant in vino ⁊ ſuperponãtur vulneribus: cõſolidat vlcera magna. ¶ Unguentũ ex ſecretis Gal. qḋ valet in omni vulnere ⁊ experti ſumus. ℞. olei aceti vini añ. lib. iiij. merdaſengi ⁊ eſt pul. de plũbo vſto lib. ij. ſ. calcecumenon ⁊ eſt es vſtuꝫ. ℥. xx. ziniar ⁊ eſt viride eris. ℥. xvj. al'. ℥. j. ſ. colcotar ⁊ eſt attramẽtuꝫ: calcãti ⁊ eſt vitriolũ corticũ oiuꝫ añ. ℥. xvj. al'. ℥. j. ſ. decoquant oleũ ⁊ acetuꝫ ⁊ remoueant ab igne ⁊ ꝓhijciant inter oẽs medicine deinde reducant oĩa donec inſpiſſent ⁊ rubeãt deide vtatur in oibꝰ vulneribꝰ ⁊ apatibꝰ. ¶ Si ꝟo ruptura eſſet intrinſeca tollant robilie ⁊ decoquãt in vino decoctiõis croci ⁊ ex eis fiat empl'ꝫ ſup locũ ropture ⁊ vl'r in mẽbris ↄtuſis ⁊ ↄfractis robilie empl'ate approprietate tollũt dolorẽ. ¶ Unguẽtũ qḋ a magiſtro quodã peritto habuimus cũ quo ſanabat omne vulnus ⁊ ſi vulnus erat nimis magnũ ſuebat illud primo deide de hoc vnguento ſup vulnꝰ ponebat: nõ prima die ſed ↄſeq̃nter. ℞. gũme lini alexãdrini. ℥. iij. reſine albe/ cij añ. olei ſiſamini. ℥. j. ſ. cere albe ꝙ. s. fiat vnguẽtũ ſemꝑ tñ die prima ⁊ ſeq̃nti vtebar inũctiõe facta ex

Hireos. Sarcocolla. Volubil' maior. Unguentum. Gale. Robilie. Unguentum



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-148610-p0211-1 DFG

litargirio auri oleo roſ.ꝛ aceto. Ita tñ ꝙ inunctione acetũ ſuperet terens litargiriũ primo in mortario ꝛ ex alijs nũc de vno nũc de alio addebat vſqꝫ ad pfectaꝫ cõpoſitionẽ ꝛ cũ hoc ꝓhibebat fluxũ materieꝝ ad vulnera ꝛ apãtionem membroꝝ vlneratoꝝ.

¶ Cap. 2. De attritiõe lacertoꝝ ꝛ neruoꝝ.

Multa ſunt dicta in caplo vlĩ de dolore iuncturaꝝ ꝛ mẽbroꝝ neruoſoꝝ q̃ ſi ad hunc locum reducant vtilia apparebunt. Dicemus ergo q̃ huic cap. ſunt ꝓpria. ¶ Et ad oẽs quidẽ attritiões dixerunt cõferre betonicã qñ ex folijs eius ſumit. ʒ. j. cũ hidromelle. ¶ Dixerũt quoqꝫ ad oẽs attritiones neruoꝝ ꝛ lacertoꝝ q̃ fiunt ſiue in medio eoꝝ ſiue in capitibus: cõfert decoctio ſemperuiue ꝛ ꝙ attritiones recentes ꝯſolidat. ¶ Ex galbano aũt ſi bibat quãtum granũ fabe cũ aqua vel vino aut melicrato ꝯfert attritionibus lacertoꝝ. ¶ Emplm etiã factũ ex radice roſmarini trita cuꝫ farina lolij ꝛ aceto multũ cõfert. ¶ Si aũt attritio fit in capitibus muſculoꝝ ꝛ neruis ariſtolo. ro. cũ aqua bibita plus omni medicina cõfert. ¶ Si aũt in ſolis neruis attritio fiat emplm de limatijs ſm ꝙ ſupra dictuꝫ eſt in p̃cedenti cap. ¶ Qd etiã ad oẽs attritiones ꝛ cõtorſiones neruoꝝ ꝯfert eſt ſuccus gentiane qñ ex eo bibit. ʒ. j. cũ aq̃. ¶ Ad oẽs aũt lacertoꝝ attritiones: ꝯfert oppoponacũ bibitũ cũ aqua alkitrã. i. vermiũ terreſtriũ ꝛ vino. ¶ Idẽ aũt ꝛ in eodẽ caſu aſſa bibita cũ vino granatoꝝ: ſꝫ cũ aſſumit inuoluat in cera ꝛ deglutiat. ¶ Camedreos etiã recens bibitum aut eius decoctio cõfert attritioni cuiuſlibet lacertoꝝ. ¶ Idem aũt ꝛ in eodẽ caſu facit decoctio calamenti ſi ex ea bibat. ¶ Dictũ eſt etiã ſupra ꝙ ad oĩa mẽbra fracta ꝯtuſa robilie fracte emplate approprietate tollunt doloreꝫ ꝛ ꝙ emplm factũ ex eis ꝛ vino decoctiõis croci ſanat in intrinſecã carnis rupturã.

Betonica.
Sempuiua.
Galbanum.
Succus gentiane.
Oppoponacum.
Aſſa.
Camedreos
Calamentũ.
Robile.

¶ Ad oēs aūt ↄtuſiones lacertoꝝ extenſiones ⁊ do lorē ↄfert oleū de reubarbaro inunctū ⁊ etiā reubar baꝝ bibitū cū vino odorifero permixto vſqꝫ ad.ʒ.ij. ¶ Cōfert aūt ⁊ ↄtuſionibus emplr̄m factū ex radice enule cū folijs eius. ¶ Si aūt ↄtuſiones ſint in me/ dio lacertoꝝ fiat emplaſtrū ex radice altee ⁊ cōfert. ¶ Epithimenẜ aūt eodē medicamie attritiōes cuꝫ decoctiōe caude eqne aut emplr̄enẜ cū illa. Et dicūt qdā prudētes ꝙ eſt camepitheos ⁊ nos qdē multa expti ſum⁹. ¶ Et qđ fortiter ↄfert attritiōi neruoꝝ eſt ſal qn̄ cū ſulfure ⁊ melle miſceẜ ⁊ ſuperponitur.

Oleū de reubarbaro.

Radix enule

Radix altee

Cauda eqna

¶ Cap.3. De ſolutione cōtinuitatis neruoꝝ ⁊ cor/ daꝝ ⁊ eoꝝ paſſionibus.

Quecunqꝫ dicunẜ de neruoꝝ inciſione eadē de cordaꝝ intelligātur. Ad neruos ergo inciſos lūbrici inuēti in terra cū fodiẜ ⁊ ſuperpoſiti cōferūt iuuamēto manifeſto ⁊ ſubito. Et Gal. dixit mirabi/ liter ↄferūt: nā ↄglutinant eos teranẜ aūt fortiter ⁊ nō diſſoluaẜ vulnus niſi poſt tres dies. ¶ Et dixe/ runt ꝙ folia caude eqne ↄglutināt neruos inciſos. ¶ Idem aūt ⁊ narciſcus.i.liliū vehemēter neruos ↄglutinat ⁊ cordas inciſas. ¶ Grana etiā cū q̄ tin/ giẜ: trita ⁊ ſuperpoſita ↄfert. ¶ Et ſilr̄ vermiculus inuentus in ipſa qn̄ cū aceto teriẜ ⁊ melle aut cū vi no ⁊ ſupponiẜ ↄfert. ¶ Ad eoſdē inciſos ⁊ eoꝝ vul nera terāẜ oſtraca cū carne ſua ⁊ ſupponanẜ ⁊ ꝑprie cū thure ⁊ myrrha aut cū puluere molēdini. ¶ Et dixit Raſ. auerte Gal. ꝙ caro teſtudinis trita cum puluere molēdini ſanat plagas magnas q̄ ad neruū ꝑuenerant ⁊ erat neruus attritus ⁊ nō apatus veꝝ in duro corpore fuit ⁊ per teſtudinē intelligit lima/ cias. ¶ Et nos qdē in punctura neruoꝝ ⁊ cordaꝝ habemus experientiā vt tollaẜ ſal ⁊ coquaẜ in oleo cum pauca terbentina ⁊ ponatur ſuper puncturaꝫ. nam ꝓhibet ab apopleſia ⁊ ſpaſmo ⁊ confert etiam

Lūbrici

Cauda eqna

Lilium.

Grana.

Vermis i grana inuentus.

Oſtraca.

Caro limacia rum.

Ad pūcturas neruoꝝ expertum.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-148610-p0213-2 DFG

flegmoni cerebri. Et cōſiliuꝫ meū eſt vt oīno prohi/beatur fluxus humorum ad neruos. Et circa hoc habe/mus expertū vt tollatur farina furmēti ꝛ ſucci iuſqa/mi quātuꝫ ſufficit ad retentionē faciēdaꝫ ꝛ ex eis te/pidis fiat emplm. ¶ Sedat ēt hoc ꝛ tumorē ipſorum diaquilon i pūcturis neruorum ꝛ cordarum ſubito ſedat ꝛ curat dolores. ℞. armoniaci lib. ſ. diaquilon lib. j. thuris maſticis aā. ℥. j. cere citrine lib. ſ. conficiantur ꝛ vſui ſeruentur. ¶ Ad inflatos aūt neruos cōfert caro anatis ſuppoſita cal. ¶ Cōfert ēt eideꝫ fel adib. i. lupi ſupinūctū ꝛ phibet ſpaſmū ne ſupueniat ꝛ pprie tpe frigoris. ¶ Ad apata aūt cordarum ius ranarum embrocatū ꝯfert. ¶ In oi autē contuſione neruorum fiat embrocatio cū decoctione ſumach ꝯfert. n. ꝛ nō ſinit apari. ¶ Ad ideꝫ ex farina ꝛ melle fiat emplm ¶ Cinis aūt vinacie cū aceto ſuppoſitus cōfert oi cō torſioni. ¶ Et ſilr ciclamen more empli ſuppoſitū. ¶ Emplm. quoqꝫ factū ex radice altee extenſiones neruorum ſanat. ¶ Et dixit Rab. ſepū bouinū ꝛ me dulla ſanat neruos a ſtatu ſuo motos: ꝛ molles facit ſi inūgatur eis. ¶ Ad neruos aūt doloroſos ꝯfert aq̄ cineris ꝛ bibita ꝛ linita cuius doctrina data eſt ſupra prio ſermone de cōgelatione lactis ꝛ ſanguis in ſtō.

Caro anatis. Fel lupi. Ius ranarū. Sumach. Cinis viacie Ciclamen. Radix altee. Medula bouis. Aqua cieris

## ¶ Tractatus tertius tertij ſermōis. De his que apparent in vulneribus cōtinet quattuor capla.

### ¶ Capitulum primuꝫ. De reſtrictione fluxus ſanguinis fluentis ex vulnere.

SErmo erit deinceps de accidentibus q̄ vulneribuſ ſepe cōtingunt ꝛ primo de reſtrictione ſan. fluentis a vulnere dicemus reductionē detentionis eius. ¶ Sangui/neꝫ aūt vndecūqꝫ fluat karabe approprietate ſtrigit q̄ eſt in ea. ¶ Si autē diſſoluantur cāphore grana. ij.

karabe. Camphora.

i ſucco vue acerbe aut aceto aut aq̄ myrti aut ſucco dactillorꝫ imaturorꝫ ⁊ ſupponiꝉ ſiſtit ſanguinem ex vulnere. ❡ Idē aūt operaꝉ virga paſtoris impoſita ⁊ maxime maſculina. ❡ Et galle ēt ſuper carbones cōburanꝉ ⁊ extinguanꝉ in aceto ⁊ ſale ⁊ ſuperponā/tur ſanguinē ſiſtunt. ❡ Idē facit cinis ranaꝝ cōbuſtaꝝ inpoſitus. Et etiā cinis chartarū de papiro qlꝫ per ſeipſum. licet aūt ambo miſceanꝉ ⁊ ēt cū folijs. ❡ Stercus capraꝝ diſſolutū cū aceto ⁊ ſuppoſituꝫ ſiſtit. ❡ Idē āt eſt ſtercus aſini facit vſtū ⁊ nō vſtū: ſed hoc corporibus ruſticoꝝ fiat: vt qualia ſunt corpora tales medicine fiant. ❡ Siſtunt aūt ſanguinē oſſa bouis vſta ⁊ ſuppoſita vulneri. ❡ Tella quoqꝫ aranee impoſita vulneri ſiſtit ſan. Et hoc idem facit raſura chartaꝝ capraruꝫ impoſita. ❡ Dicunt auteꝫ ꝙ nō ſit res que ita ſtringat ſan. omnē ſicut terra ſigillata. ❡ Cōfert aūt multū olibanuꝫ in hoc caſu. ❡ Urina hominis ēt impoſita cuꝫ cinere vitis ſan. fluxum ſiſtit. ❡ In omni aūt loco emanationis ipſius ſiſtit ipſuꝫ omne muſcum ſuppoſitū ⁊ maxime muſcuꝫ marinū. Eſt autē muſcum marinū herba q̄ ſtat ⁊ naſcitur in aquis ſtantibus minutiſſima ⁊ ſupernatat eis. ❡ Similiter autē i omni loco retinet ipſum alumen ⁊ maxime iamenū. Folia etiam ſalicis emplaſtrata ipſum ſiſtunt. ❡ Oēm etiā emoroſagiam ſiue intus ſiue extra ſiſtunt liſimachion ⁊ eſt herba habēs folia ſimilia ſalici. ❡ Et kirandꝰ dixit ꝙ cor pulli vulturis in pelle ligatuꝫ ⁊ portatū oēm ſan. effuſionē ſiſtit. ❡ Et Gal. dixit ꝙ cinis omniū lignoꝝ ſtipticoꝝ ſicut quercus myrti: ⁊ ſimiliū ſuperpoſitꝰ vulneri. ſiſtit fluxū. ſan. ⁊ nullo alio farmaco hoc potente. Ego aūt dico ꝙ cinis dꝫ eſſe lotus. ❡ Et nos in hoc capitulo expertū habemꝰ vt ſumatur pix ſicca que nulla humiditate ſit infuſa ⁊ iſundatur in aſpalto iudayco aut i pice liquida ⁊ ponaꝉ

Virga paſtoris.
Galla.
Rana ꝯbuſta
Cinis papiri.
Stercꝰ capre ⁊ aſini
Os bouis.
Tella aranee
Terra ſigilla
Olibanum.
Urina hoīs.
Muſcū marinum ⁊ qd ſit.
Alumen.
Folia ſalicis.
Liſimachiō.
Cor pulli. vulturis.
Cinis ligni ſtiptici.
Expertum.

ſuper loco defluxus ſan. ⁊ in ea accedat ignis tollet
Coriandrum. eniȝ fluxuȝ ⁊ opabit vt cauteriuȝ. ¶ Coriandrum
ēt torefactū ⁊ vulneri ſuppoſitū illuȝ ſiſtere ſcimus.
Queraē ēt ſupra cap. de ſputo ſan. ſermone primo.
¶ Ad fluxuȝ aūt ſan. qui proprie eſt ex capite dicūt
Sanguis ⁊c. ꝙ ſan. turturis aut pdicis aut palūbi vł turdi recēs
ſaluberrime curat. ¶ Et raſ. ſic dixit ſi ſcidat caput
alicuius ſemp ⁊ pȳciat de ſan. eoꝝ ſup teſtaȝ cerebri
San. galline magnā pſtat medicinā. ¶ Et iteꝝ dixit ꝙ ſan. galli
Ad ſan. ic vē vel galline ſi ponat ſup frontē tritū vȝ ꝯtra ſangui/
tre cōgelatū. nē fluentē ex teſta aut ſilr cerebrū galline bibitum.
Bitumen. ¶ Cū āt ſanguis eſt ꝯgelatus i vētrē bitumē cū bi
bit liq̄facit. ¶ Expti aūt ſumus ꝙ educit ſan. coa/
Ciminū car/ gulatū i ventre ⁊ maxie p vrinā ciminū carmenuȝ
menum. qñ terit ⁊ bibit cuȝ aq̄ decoctionis apȳ: ſed de hoc
aliqd dictū eſt ſupra cap. de ſputo ſan. ⁊ ēt aliq̄ vti/
lia tacta ſunt ſupra cap. de puocatione vrine

¶ Caplm. 2. De eliquanda carne in vlceribus ⁊ do
lore ipſorum ⁊ vermibus.

B Reuitas nos inducit vt ſil de his tribus dica
mus. ſ. de eliquāda carne in vulneribus: dolo/
ribꝰ eoꝝ: ⁊ in vermibus ꝯtingit. n. qñq; vt caro ſup
Aſſa. flua naſcat in vulnere quā eliq̄re opȝ. ¶ Et dixerūt
qdā ꝙ aſſa in vulneribus poſita carnē eliquat ſup/
Lapis eſyos fluam. ¶ Eliq̄t ēt ⁊ ſine mordicatione flos lapidis
Sucudus. eſyos al aſſiicis ipoſitꝰ vulneri. ¶ Sucudus ēt ſup/
Cinis velerū pulueriȝatus illaȝ eliquat. ¶ Gal. āt dixit ꝙ cinis
vſtorum. veleꝝ vſtoꝝ ipoſitꝰ vulneri tutiſſime exterminat lē
tam carnē. Idē aūt pōt cinis alioꝝ piloꝝ ipoſitus.
¶ Et dixit ēt ꝙ in q̄cunq; pte corpis ſint vulnera
Ad ōmes vul ⁊ vermes fiāt i eis vt frequēter ꝯtingit iponat pul/
neribus. uis calamēti ⁊ maxie mōtanī: nā iterficit ⁊ educit.
Calamentuȝ Sȝ ad hoc multa pñt adduci dicta ſupra. ca ꝺ ꝟmi
Ad dolores bus. ¶ Dolorē āt vulneꝝ q̄ frequēter ꝯtingit ſedat
vulnerum. emplm fcm̄ ex farina lupinoꝝ ⁊ ordei ſuperpoſitū.

Lignum Guaiacum ...



¶ Capitulum .3. De excoriatione oſſis ⁊ extractione fruſtuloꝝ oſſis ⁊ alioꝝ infixoꝝ carni ⁊ reſtauratione oſſis deperditi.

SEpiſſime in vulnerib⁹ cogit neceſſitas vt oſſa excorient̄ ⁊ fruſtula educant̄ ꝙ bonū eſt ſcire qualr̄ cū medicinis hoc fiat. ¶ Excoriat aūt in vna die ⁊ fragmēta ſepat euforbiū ſuppoſitū oſſi: ſꝫ premuniat̄ cū iponit̄ caro circunſtās cū aliquo ceroto vel pāno lineo ne adurat̄ adureret .n. illā. ¶ Corticē āt oſſis citiſſime eleuat ⁊ icarnat radix paucedani ipoſita ⁊ ē fenicul⁹ agreſtis ſiue porcin⁹: citiſſime .n. illū eijcit vt dixit Gal. ¶ Si āt radice vitis albe cū vino fiat emplaſtrū ⁊ ſupponat̄ oſſi extrahit oſſa fracta ⁊ hoc vt tollāt̄ radices vitis albe ⁊ quoquāt̄ i oleo donec diſſoluāt̄ ex q̄ applicata oſſi fiat empl̄ꝫ. ¶ Et ſcimus ꝙ lignū indū qd̄ dicitur karon al̄ karis eſt magni iuuamēti ad fracturas oſſiuꝫ ⁊ diſlocationē: ſꝫ de hac in p̄nti ope nō intēdimus loq multuꝫ. ¶ Et kirādus dixit ꝙ oſſa q̄ſſata ſanant̄ dono dei ſi ſeptē dieb⁹ bibat̄ ex ſucco folioꝝ vitis albe ⁊ vino albo mixto añ. ¶ Et dixit ꝙ fragmēta mādibulaꝝ attrahunt ſine dolore lumbrici terre ſuppoſiti. ¶ Et Raſis dixit ꝙ cācer fluuialis tritus ⁊ ſuppoſitus extrahit cuſpides ſagittaꝝ ifixas. ¶ Oſſa etiā fracta extrahit ⁊ oē ēt qd̄ eſt infixū carni hoc empl̄ꝫ ſuppoſitū. ℞. radicū hireos ſilueſtris partē .j. floꝝ eius ptem tertiā centauree ptem quintā fiat emplaſtrum cū modico melle: hoc ēt ſedat dolorē in pte. ¶ Extrahit aūt ſpinas ⁊ tella ⁊ oia infixa carni radix cāne mixta tribulis ⁊ ſupēplaſtrata loco. ¶ Eadem autem extrahit caro lacerte ſuperpoſita ⁊ maxime caro ſtelionis. ¶ Similr̄ ⁊ eadē extrahit muꝫ ſuperpoſitū loco ⁊ maxime nigrū. Eſt autē mum ſordes feneſtraꝝ apum. ¶ Si aūt tota limacia purpurea ſicut eſt teratur ⁊ ſuperponatur loco extrahit

Euforbium.
Radix paucedani ⁊ qd ſit.
Radix vitis albe.
Lignū indū.
Succus fol. vitis albe.
Lūbrici terr̄.
Cancer flu.
Radix canne.
Caro lacerte
Muꝫ ⁊ qd ſit.
Limacia.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-148610-p0217-5

*Lactuca aſini*

infixa. ¶ In lactuca quoqꝫ aſinina eſt ꝓprietas extra hendi oĩa infixa. Et. Dy. vocat atuſari. ¶ Et dixit

*Caro muſtelle.*

Gal. ꝙ caro muſtelle ſicca ꝛ ſuppoſita loco attrahit infixa q̃cũqꝫ ſint illa. ¶ Et ſum⁹ expti ꝙ ẽt myrrha

*Myrrha.*
*Ariſtologia.*
*Cortex ſerpẽtis.*

ſuppoſita loco infixa attrahit. ¶ Et ꝙ oĩs ariſtolo. ſuppoſita loco extrahit ſpinas ꝛ fracturas lignoꝝ infixas carni. ¶ Solus ẽt cortex ſerpẽtis ſuppoſitus infixa attrahit. ¶ Et Aui. dixit ꝙ fructus nil ꝓprie cũ farina loliȷ̃ mixtus attrahit ſurculos ꝛ ſpinas.

## ¶ Capitulum. 4. De decoratione omnium cicatricum vulnerum ꝛ vlcerum.

Dico ergo ꝙ ad remouendũ cicatrices caraſationũ ventoſoꝝ vngaꝛ locus poſt caraſationẽ cũ vnguẽto facto ex maiorana vel aq̃ eius. Delet aũt ꝛ cicatrices vlceꝝ ſerapinũ diſſolutũ cum aceto qñ

*Serapinum.*

ſepe fricanꝛ cum eo. ¶ Ad eaſdẽ aũt cum ſunt nigre fomẽtatio cuꝫ pulegio cocto cuꝫ rutha. ¶ Mas aũt delet ſuccus eruce recẽtis mixtus cũ melle ꝛ felle bouino ꝛ illinit⁹. ¶ Delenꝛ etiã cicatrices ſi ſepe

*Bulbus.*
*Adeps aſini.*

liniantur cũ bulbis. ¶ Et dixerũt ꝙ ſi adeps aſini illas inũgat radire facit ad colorẽ corpis ſui. ¶ Et

*Fel thauri.*

kirandus dixit ꝙ fel thauri cum teſta oui ſolutũ cicatrices eiuſdẽ coloris efficit. ¶ Et Raſis dixit ꝙ ſtercus colũbi cum melle vel ſemine lini euelit pellem ſuperexcreſcentẽ apoſtemati. ¶ Et dixit ꝙ ſter

*Sterc⁹ colũbi ꝛ galline.*

cus galline ſi cum melle more emplaſtri miſceaꝛ mũdat cicatricẽ q̃ fit ab apate qđ dꝛ ignis pſic⁹. ¶ Si

*Olibanũ cortex.*

etiã linianꝛ ex corticibus olibani diſſolutis cũ melle delet. ¶ Fedas etiã cutis cicatrices lac illinitum ꝛ ſimiliter aqua eius delet. ¶ Radix vitis albe etiã abſtergit mixta cum orobo fenugreco. ¶ Ego aũt

*Sperma virile.*

expert⁹ ſum q̃ꝫ ſperma virile ſuperinũctuꝫ mire dilucidat. Et dicit ꝙ ſi qñ fiunt cicatrices in vulneribus aſſidueꝛ eius inunctio penitus non apparent.

¶ Et ego dico q̄ cutis ſicut ⁊ oīa mēbra radicalia hꝫ primā ſui generationē a ſpermate ⁊ nō a ſanguine erit ergo inter ea oculta proportio.

¶ Tractatus quartus tertij ſermonis. De apoſtematibus cōtinet capitula nouem

¶ Capitulum primum vniuerſale. De apoſtematibus calidis ⁊ frigidis in genere.

Quum apoſtema ſit r̄pletio poroſitatū mēbroꝝ cōſimiliū ſicut dictū ē ſupra facta p̄ter nām triplicē curationē merebit̄. Aut enim p impulſuꝫ eius qd̄ ad mēbrū fluit fiet ſanatio ⁊ hec cōplebit̄ cū frigidis ⁊ ſtipticis. Aut p reſolutionē eius q̄ fluxit. qd̄ qdē cōplebit̄ p calida ⁊ ſicca vt in pluribꝰ. Aut p maturationē cū ad vlcus peruenerit: opꝫ ⁊ nos quidē in hoc caplo dicamꝰ in vl̄i que cōferunt i oībus apatibus ⁊ ꝓprie calidis ⁊ frigidis nō duris: poſtea in ſpāli deſcendemꝰ ad q̄daꝫ: demuꝫ de duris dicemꝰ vlterius ponemꝰ de vlceribus ſermonē. ¶ Et dico q̄ folia mādragore cū polenta. i. ſauic emplaſtrata cōferūt in omni apate: ſed me cogit natura auxilij vt de repcuſſiuis dicaꝫ. Et dico q̄ in oī apate repcuſſiua in principo cōferunt preterq̄ꝫ in apatibus emontoriorum nulla. n. illis cōpetūt: piculū. n. erit a mēbris inobilibus ad mēbra nobilia materias nocētes expellere. Cuꝫ aūt apa in augmēto ſui exiſtit repcuſſiua cū reſolutiuis ſint admixta. In ſtatu aūt ⁊ d̄clinatōe reſolutiua ſola ponant̄ quare cautꝰ lector diſtinguat auxilia non minꝰ circa tēpora apatum q̄ꝫ circa diuerſitates eoꝝ. ¶ Ad oēs āt tumores ſi fiat empl'ꝫ ex raffano ⁊ aceto tritis illos aufert ablatione forti. ¶ Oēs aūt exituras curat ciclamē mixtū cuꝫ aceto ⁊ melle. ¶ Ad oīa āt apata cōfert ſudor hoīs exercitati cū puluere.

Folia mādragore.

Ist ain tröffel und hanckt dar, fein dem apffl

ſuo poſitus ꝙ ſi ſint molia ſolus imponatur ⁊ preci-
pue illis q fiunt in emūctorijs: illa enim oia curat.
Si vero apata ſint dura addat ſibi oleū de alchāna
Semē vrtice vel oleū roſ. ℂ Ad oia etiā apata ⁊ oēs puſtulas ſe-
men vrtice cū aqua pluuiali impoſitū eſt maximuʒ
Sarcocolla. pſidiū. ℂ Sarcocolla quoqꝫ more empl'i ſuppoſita
Berberis. ſedat oia apata. ℂ Oibus āt apatibus calidis ber-
beris approprietate ꝯfert. ℂ Eiſdē āt calidis ꝯfert
Lēticula aq̄. iuuamēto magno ⁊ maniſeſte lenticula aq̄ ſuppoſi-
Coriandrū. ta ⁊ ꝑprie lenticula aq̄ marine. ℂ Ad eādē coriādrū
cū melle ⁊ ol'o ēpl'ef. ℂ Ad oia quoqꝫ cal'a ſiue ſint
Solatrum. extra: ſiue itra poſita empl'ꝫ factū ex ſolatro ē bonū
cū extrinſec⁹ eſt apa. Ad itrinſeca aq̄ ei⁹ bibaf. ℂ Et
Flos ieſemini. dixit Gal. ſi flores ieſemini ifundanf i aq̄ donec mi-
tigef vehemēter virtus eoꝝ ſunt bonū farmacū ad
Stercus hominis. flegmones. i. apata calida. ℂ Et dixit Raſis ꝙ ſter
cus hois tritū cū rutha poſitū ſup apata corrodēs
carnē ſanat. ℂ Ad oia āt apata putrida caro mari-
Oſtracha. noꝝ oſtracoꝝ ꝯbuſta cū aceto ⁊ aq̄ vl' cū aceto ⁊ mel
le mixta ꝯfert iuuamēto magno ⁊ māifeſto. ℂ Eiſ-
dē ēt ꝯferūt medicamina facta cū fricatura plūbi d̄
qbus ſupra multa dixim⁹ ⁊ dicem⁹ ifra quū de cācro
tractabim⁹. ℂ Ad oia āt apata flegmatica fiat em-
pl'm cū radice cucumeris aſinini ⁊ farina ordei. naʒ
illa reſoluit ēt ſi ſint antiq̄. ℂ Oēs āt furūculos re-
Cinis olei cōbuſti. ſoluit inūctio facta cū oleo ⁊ melle ⁊ ſale. ℂ Ad oia
āt bothor ꝯfert cinis olei cōbuſti ſuppoſit⁹. ℂ Eiſ-
Decoctio lupinorum. dē ēt ꝯfert d̄coctio lupinoꝝ. Unguē. āt nr̄m ad oia
Unguētū nr̄ʒ apata calida. ℞. coriādri ceruſe litargirij olei roſa.
aceti oiuʒ aā. fiat eoꝝ pmixtio bona ⁊ adminiſtref.
ℂ Experti ēt ſumus ad oē vlcus ⁊ oēʒ puſtulā ma-
lā herbā q̄ dicif herba ſancti Laurentij ⁊ alio noie
herba venti qn̄ coquif ⁊ applicaf loco. ℂ Ad oēs
etiaʒ exituras experti ſumus vt tollāf folia malua-
uiſci ⁊ maſticenf cum ſale ſuperponanf aut coquan

tur in vino vel melicrato ⁊ supponaſ ⁊ hoc eſt etiã cõfert ſcrofulis: ſed quũ maturationem magis que rimus cum melicrato coquim⁹ quando vero reſo/lutionem ⁊ exiccationem maſticamus cum ſale.

¶ Capitulũ ſecundũ. De formica heriſipilla ⁊ her peſtiomeno.

